UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

G Ante J

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

tus eſt Marcello. Parietes mediuſfidi° (vt mihi videtur)huius curię gratias agere geſtiunt:id eſt quaſi geſtu videtur mihi parietes gratias agere. Et hoc vt cęſari gratularet̃. Hui° cõpoſitũ eſt Prægeſtio:qđ eſt valde geſtio: vt exponit Priſci. Hora.lib.j. Car. Ludere cũ vitulis ſalicto ꝑgeſtientis.

Geſticulor aris.geſtũ facio. Col.in pręfa. Nec minus corpoꝝ geſticulationẽ ſcrupuloſiſſime requirant ſaltationis ac muſicę ſtudioſi.

Geſticulari° a.um.qđ ad faciẽtẽ act° leticię ꝑtinet.

Geſa haſta: vide in dictione Cęſa.

Geſſus: fluuius apud Iones.

Geſſuri penul.pro.regio in Aſia.

Geſſemeni pe.cor. villa pinguiſſima interpretat̃.

Geſſen:locus ęgypti in quo habitauit Iacob.

Geth: Allophylorũ ciuitas fuit:hęc nũc appellat̃ çaph.

Gethę:populi in Scythia europea. Quidã gethas dacos appellãt/vt Apian°. Strabo arbitrat̃ eos eſſe gethas/qui ad pontũ in orientẽ ſpectãt. Helius Spartian° Gethas dicit gothos. De his Oui.li.de põto. Nulla gethis toto gẽs eſt truculẽtior orbe. Hui° nominis ntũs ſingularis eſt getha vel gethes.

G Ante I

Giarus penult̃.corre.inſula parua ex cycladib° circũitu.xij.miliũ paſſuũ/ad quaꝫ noxij damnabant̃. Iuue. pluraliter dixit. Aude aliquid breuib° giaris ꝛ carcere dignũ: vt alias etiã notaret.

Gibber et gibboſus et gibberoſus:qui gibbũ id eſt tumorẽ in dorſo habet:ꝗuis et pro alio quocũꝫ tumore ſolido ponatur. Iuue. Attritus galea/ medijſꝫ in narib° ingens Gibbus ꝛ acre malũ ſemper ſtillantis ocelli. Gibbus et gibba:ipſe tumor. Plinius Gallinarum genus gibbarum vocat. Ipſe quoꝫ gibbus nominatur gibber. Iuuenalis. Attritus gibbere naſus. Iulius firmicus tradit naſci gibberoſos:qui i ſeptima parte arietis habuerint horoſcopũ. Cor. Celſus tamen docet ſtrumam extantiũ quandã in tergo: Gibbũ ꝟo in pectore.

Gigas antis. vir altiſſimę ſtaturę:et terrę filius a poetis fingitur: cum nihil aliud gigantes fuiſſe credendum ſit ꝗ̃ hominũ quandam impiam gentẽ deos negantem:et ideo creditã deos e cęleſti ſede pellere voluiſſe. Hinc giganteus a.um.nomen poſſeſſiuũ. Ioſephus ꝟo lib.j.anti.dicit gigantes fuiſſe ex dęmonibus incubis ꝓgenitos. Idẽ Aug° lib.xvj.de ci.dei: ꝛ Euſebius de ꝑpara.lib.vij.

Gigãtomachia: gigantũ pugna.

Gigeria: vide in dictione Gingeria.

Gigno nis. genui/vel gignui ſm Diomedẽ: genitum: ſignificat Genero. Lactantius lib.iiij. Hac conditione gignimur. Huius compoſitũ eſt Ingigno:quod eſt intus gigno. Columella lib.iiij. Tanꝗ̃ naturali et ingenita ſterilitate laborantibus. Hinc ignis dictus eſt ꝙ in eo nihil gignatur ꝛ pregnãs:ꝗ̃ iam occupata eſt in generãdo qđ cõcęperit: ꝛ benignus nomẽ cõpoſitũ ex bono ꝛ gignendo.

Gilo:nomẽ ciuitatis:a ꝗ̃ Gilonitę penul.ꝓd. hoĩes in ea habitãtes dicunt̃. Eſt ꝛ nomẽ viri. Iuue. Vnciolã ꝓculeius habet/ſed gilo deuncẽ.

Gilu° color medi° inter albũ et rufum: color mellinus.

Gindes fluuius:qui per Dardanos fluens ingreditur (Tygrim.

Gingiuę penul.produc.in quibus dentes ſunt:a gignendis dentibus. Lactantius libro de opi. Dentes autẽ ipſos ne magis horrori ꝗ̃ ornamento eſſent gingiuis mollibus:quę a gignendis dentibus nominãtur:ac deinde labiorum tegminibus honeſtauit. Iuue. Frangẽdus miſero gingiua panis inermi. Huius diminutiuũ eſt Gingiuula. Apul. Cõplanatorẽ tumidę gingiuulę.

Gingrio is.ij.itum. Eſt autẽ gingrire: anſerũ vocis ꝓpriũ. Vñ genus quoddã tibiaꝝ exiguaꝝ a voce anſerũ. Gingriuę dicunt̃/a quib° Gingritor tibicen.

Gingeria: ex multis obſonijs decerpta appellant̃. Quidã tñ Gigeria ſine n ſcribunt: eſſeꝫ gallinaꝝ inteſtina: ꝛ quę cũ his coquebant̃. Lucillius. Gigeria ſunt ſine hallio: his veſcamur alacriter.

Gion fluuius: qui apud Egyptios Nilus vocatur: in paradiſo oriens vniuerſam circũit Ethiopiam. Ioſephus. Gion quoꝫ per Egyptum fluens oſtendit eũ qui nobis ab oriente redditur: quẽ Gręci appellãt Nilũ. Significatꝫ hoc nomẽ terrę hiatũ. Quo nomine etiã vocatus eſt mons in Iudęa: apud quẽ Salomon in regẽ vnctus fuit.

Girgillus: inſtrumentũ quo fili reuoluunt̃.

Girim: mons apud garamãtas: in quo naſci gẽmas vetuſtas teſtata eſt.

G Ante L

Glaber a.um.quod eſt leue ꝛ ſine pilis. Plau.in Aul. Tu iſtũ gallũ ſi ſapis glabriorẽ reddes mihi ꝗ̃ voluſius ludius. Nonius ꝺ doctoꝝ indagine. Legitur ꝙ ludis pręſulis pueri eſſent glabri ac depiles ꝓpter ętatẽ: quos antiqui ludios appellabãt. Aug° lib.vj.de ciuit̃.dei. A quibus autẽ ſpernentur glabros/ aut male barbatos videremus. Huius diminutiuũ eſt glabellus. Glabra etiã ſiue glabella vocat̃ interſtitiũ ſupercilia ſupra naſum diſcriminãs: quę ſine pilis eſſe cõſueuit. Martianus capel.libro ꝓmo. Quaꝝ vna deoſculata philologię frontẽ illic vbi pubẽ cilioꝝ diſcriminat glabellę medietas.

Glabriones: idẽ qđ glabri. Et apud romanos erat glabrioꝝ familia. Ex ꝗ̃ Accilli° glabrio vir roman° fuit.

Glabreta a Columella dicũtur loca ꝗ̃ nihil ferũt. Hęc gręci phalacras quaſi calueta appellãt: quę ſatis fructibuſꝫ nuda ſunt.

Glabreſco: glaber fio: ꝓprie glabreſcere eſt ſine pil' aut capill' aut plumis fieri: quod euenit nõnunꝗ̃ morbo aliquo. Transfert̃ etiã qñꝫ ad herbas. Col.li.ij. Nã dũ a pecudibus legumina ꝓculcant̃: herbę etiam vngulis atterunt̃. Atꝫ ita glabreſcit: ꝛ fit idonea ſeminibus area: id eſt fit glabra mũdaꝫ.

Glacies aqua cõgelata a gelu/quaſi gelacies.

Glaciari eſt in glaciẽ cõuerti. Pli. Flore ei° aquã glaciari Pythagoras tradit.

Glacitare: ꝓpriũ eſt vocis anſerũ. Ouiđ. Cacabat hinc perdix: hinc glacitat improbus anſer.

Gladius: enſis a clade dici videtur: quia ad cladem ſit inuentus. Dicitur et gladiũ neutro genere: vt docet Var. Hinc ingladior aris. de quo alibi. Eſt ꝛ gladi°: genus piſcis marini.

Gladiolus paruus gladius. Quo nomine etiam dicta eſt herba quędam ꝙ ſit folijs gladij ſimilis. Flores habet purpureos.

Gladiatores: dimicatores dicũtur. Cicero libro.iij.ad Heren. Tanꝗ̃ gladiator habuerit. Inter gladiatores ſpecialiter ſunt retiarij/ qui aduerſus mirmilonẽ pugnabant: dicti a rete quod ſub ſcuto gerebant/ vt mirmilonẽ inuoluerent. Mirmilones dicebant̃ gladiatores qui genere quodã gallicę armaturę vtebantur/quod mirmiloniũ dicebatur. Vnde galli ante nõ mirmiliones vocabantur: in quoꝝ galeis piſcis effigies erat. Solebãt autẽ retiarij aduerſus mirmilonẽ pugnãtes hęc verba cantare. Nõ te peto/piſcẽ peto: quid me fugis galle.

Gladiatura ę. ipſa ars gladiatoꝝ.

Gladiatorius a.um.quod ad gladios pertinet. Vnde ſpectacula gladiatoria. Cyprianus ad Donatũ. Paratur gladiatorius ludus/ vt libidinem crudeliũ luminũ ſanguis oblectet. Salu. Itẽ ex ſenatus cõſilio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN